



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia**

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Secunda secundae Summa Theologiae

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Venetiis, 1593**

2 Vtrum mali possint facere miracula.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72772](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72772)

hominis inter remota compari. Videtur intentio auctoris hoc in loco, qd appellat instrumētum priorem effectum praordina- tum ab ipsa aeterna providentia, ad cuius positionem Deus ipse exequatur mira- culi effectum: ita qd ideo Deus dicitur vti priori effectui instrumē- taliter, quia ordinauit se exequatur effectū miraculi qd- que mediate, quando- que immediate, mediantē semper il- lo priore effectui ex parte hominis, siue ille effectus sit oratio, siue vox, siue lo- cutio, siue contactus &c.

In responsione ad secundum eiusdem articuli circa ambi- guitatem ab Augu- stino tactam de men- dacio signorum, & prodigiorum An- chrisi, adverte quod rationabile est vtro- que modo fore men- dacia, scilicet & formaliter, & casualiter. Casualiter quidem omnia, quonia- ad fallendum omnia tendent: forma- liter autem non omnia, quoniam ratio- nabile est ut multa vera fiant, ut si fieri possit etiam ele- cti inducantur in errorem.

In responsione ad quartum & quintum eiusdem articuli ad- uerte, quod auctor summarie peritri- ngit dicit: gratias gra- tis datas, scilicet gra- tiam sanctam, &c. si- dem. Ad primam quidem nihil oportet addere. Ad secun- dam vero oportet meminisse ex q. 4. ar- tic. 5. ad quartum su- perius, fidem nō con- numerari inter gra- tias gratis datas ab- solute: quia fides ab- solute communis est omnibus membris Ecclesiae: ut et autē gratia gratis data, nō est communis omni- bus membris Eccle- siae, sed fidei excel- lenti, pura, constanti- usque glossa dicit, in- ter gratis gratis da- tas computantur. Et quoniam fidei constan- tia ad fidem spectat, ideo auctor loquens de fide, hinc sibi at- tribuit operationem miraculorum.

dendorum homo inducitur: & A ideo operatio miraculorū petri net ad gratiam gratis datam.

Ad PRIMVM ergo dicendum, quod sicut propheta se extendit ad omnia quae supernaturaliter cognosci possunt: ita operatio virtutum se extendit ad omnia quae supernaturaliter fieri possunt, quorum quidem causa est diuina om- nipotentia, quae nulli creaturae communicari potest: & ideo im- possibile est, quod principii ope- B randi miracula sit aliqua qualitas habitualiter manens in anima: sed tamen hoc potest contingere, qd sicut mēs propheta mouetur ex inspiratione diuina ad aliquid su- pernaturaliter cognoscendū: ita etiā mens miracula facientis mo- ueatur ad faciendum aliquid, ad quod sequitur effectus miraculi, quod Deus suauitate facit. Quod quandoque quidem fit praecedente oratione, sicut cum Petrus Ta- bitam mortuam suscitauit, ut ha- betur Act. 9. quandoque etiā non praecedente manifesta oratione, sed Deo ad nutum hominis operan- te, sicut Petrus Ananiam, & Sap- phiram mentientes, morti incre- pandando tradidit, ut dicitur Act. 5. Vnde Gregorius dicit \* in 2. dia- logorū, qd sancti aliquando ex po- testate miracula exhibent, aliqua- do ex postulatione. Vtrobis tamē modo Deus principaliter ope- rat, qui vtitur instrumentaliter vel interiori motu hominis, vel eius locutione, vel etiā aliquo exteriori actu, seu etiam aliquo cō- tactu corporali corporis et mor- tui. Vnde Iosue 10. cum Iosue di- xisset quasi ex potestate, Sol con- tra Gabaon non mouearis, subdi- tur postea. Non fuit ante, & pos- tea tam longa dies, obedite Deo voci hominis.

Ad SECUNDVM dicendum, quod ibi loquitur Dominus de miraculis, quae fienda sunt tempore An- tichristi: de quibus Apost. dicit \* ad Thef. 2. quod aduersus Antichri- sti erit secundum operationem sa- thane in omni virtute, & signis, & prodigijs mendacibus. Et sicut Au- gust. dicit 20. de ciui. Dei. \* Ambiguum esse solet, vtrum propterea dicta sint signa, & prodigia men- dacia: quoniam mortales sensus per phantasmata deceptus est, ut quod nō facit, facere videatur: aut quia illa etiam si erunt vera p- digia, ad mendaciam pertrahent. Vera autem dicuntur, quia ipse res verae erunt, sicut magi Pharaonis fecerunt veras ranaas, & veros ser-

pentis. Non tamen habebunt veram rationem mi- raculi, quia sicut virtute naturalium causarum, sicut in prima parte dictum est: \* sed operatio miraculo- rum quae attribuitur gratiae gratis datae, fit virtute diuina ad hominum vtilitatem.

AD TERTIVM dicendum, quod in miraculis duo possunt attendi. Vnum quidem est id quod fit, quod quidem est aliquid excedens facultatem naturae: & secundum hoc miracula dicuntur virtutes. Aliud est id propter quod miracula fiunt, scilicet ad manife- standum aliquid supernaturale: & secundum hoc communiter dicuntur signa. Propter excellentiam autem dicuntur portenta, vel prodigia, quasi procul aliquid ostendentia.

AD QVARTVM dicendum, qd gratia sanctorum cō- memoratur seorsum: quia per eam confert homini aliquid beneficium, s. corporalis sanitatis, praeter be- neficium cōmune quod exhibetur in oibus miracu- lis, vt scilicet homines adducantur in Dei notitiam.

AD QVINTVM dicendum, qd operatio miraculorū attribuitur fidei propter duo. Primò quidē, quia ordi- natur ad fidei confirmationem. Secundò, quia p- cedit ex Dei omnipotētia, cui fides innitur. Et tamē, sicut praeter gratiam fidei necessaria est gratia ser- monis ad fidei instructionem: ita etiā necessaria est operatio miraculorum ad fidei confirmationem.

ARTICVLVS II.

Vtrum mali possint miracula facere.

¶ Super Quaestione centesima septuaginta- mox articulum secundum.

AD SECVDVM sic pceditur. Videtur, qd mali nō possint miracula facere. Miracula enim impetrantur per orationem, sicut dictum est: \* sed oratio peccatoris non est exaudibilis, secundum illud Iohannis 9. Scimus quia peccatores Deus non audit. & Prou. 28. dicit. Qui declinat aures suas ne audiat legem, oratio sua erit execrabilis. ergo videtur qd mali miracula facere non possint.

¶ 2 Praet. Miracula attribuuntur fidei, secundum illud Matth. 17. Si habueritis fidem sicut granum sinapis, dicetis monti huic, Transi hinc, & transibit: fides autem sine operibus mortua est, ut dicitur Iac. 2. & sic non videtur quod habeat propria operationē. ergo vř qd mali qui nō sunt bonorū ope- rum, miracula facere non possint.

¶ 3 Praet. Miracula sunt quae dam diuina testimonia, secundum illud ad Heb. 2. Contestare Deo signis, & portētis, & varijs virtutibus. Vnde & in Ecclesia aliqui canonizantur per testimonia miraculorū: sed Deus non potest esse testis falsitatis. ergo vř, quod mali hoies non possint miracula facere.

¶ 4 Praet. Boni sunt Deo coniunctiores, quā mali: sed non omnes boni faciunt miracula. ergo multō minus mali faciunt.

SED CONTRA est, quod dicit Apostolus 1. ad Corin- th. 13. Si habuero omnem fidem, ita vt montes transferā, charitatem autem nō habuero, nihil sum: sed quicumq; non habet charitatem, est malus, quia hoc

In artic. 2. eiusdem quest. duo notan- da sunt. Primum, ex responsione ad ter- tium, scilicet quod nunquam sunt vera miracula ad confir- mationem falsae do- ctrinae. Secundū, ex responsione ad quin- tum ab Augulino, quod perniciosissi- mus est error alti- mantium in miracu- losis operibus maio- ra esse dona Dei, qd in operibus iustitia- rum. Et hoc cōtra vul- gares, & cōmūnem errorem humani gene- ris, putantium homi- nes miracula facien- tes, sanctos, & quo- dāmodo Deos: sim- plices autem iustos, quasi pro nihilo ha- bentes. Totum enim oppositum habere estimari, sicut in ve- ritate est. Et hac de gratijs gratis datis.

q. 114. ar. 6.

1. q. 110. art. 4. ad 2. & 3. q. 13. arti. 1. & 2. cor. & pot. q. 6. ar. 1. ad 7. & ar. 9. ad 7. & quol. 2. art. 6. ad 4. 1. ar. pced. ad 1.

hoc solum donum Spiritus sancti est, quod dividit inter filios regni, & filios perditionis, ut dicit Augustinus 15. \* de Trinitate. ergo videtur quod etiam mali possunt miracula facere.

lib. 15. cap. 35. in princ. wam. 3.

RESPON. Dicendum, quod miraculorum aliqua quidem sunt non vera, sed phantastica facta, quibus scilicet ludificatur homo, ut videatur ei aliquid quod non est. Quaedam vero sunt vera facta, sed non vere habent rationem miraculi, quae sunt virtute aliquarum naturalium causarum. Et haec duo possunt fieri per demones, ut supra dictum est: \* sed vera miracula non possunt fieri nisi virtute divina, operatur enim ea Deus ad hominum vilitatem, & hoc dupliciter. Uno quidem modo, ad veritatis praedicationem confirmationem. Alio modo, ad demonstrationem sanctitatis alicuius, quam Deus hominibus vult proponere in exemplum virtutis. Primo autem modo miracula possunt fieri per quemcumque qui veram fidem praedicat, & nomen Christi invocat, quod etiam interdum per malos fit: & secundum hunc modum etiam mali possunt miracula facere. Unde super illud \* Matth. 7. Nonne in nomine tuo prophetaimus & c. dicit Hiero. Prophetare, vel virtutes facere, & demonia eijcere, interdum non est eius meriti qui operatur: sed invocatio nominis Christi hoc agit, ut homines Deum honorent, ad cuius invocationem sunt tanta miracula. Secundo autem modo non sunt miracula nisi a sanctis, ad quorum sanctitatem denunciandam miracula fiunt vel in vita eorum, vel etiam post mortem sine per eos, sive per alios. Legitur enim Act. 9. quod Deus faciebat virtutes per manus Pauli: & etiam desuper languidos deferebantur a corpore eius sudaria, & recedebant ab eis languores. Et sic etiam nihil prohiberet per aliquem peccatorem miracula fieri ad invocationem alicuius sancti, quae tamen miracula non dicitur facere ille, sed ille ad cuius sanctitatem denunciandam haec fierent.

Ar. praed. ad 2.

Matth. 7. tomo 9.

q. 83. art. 16.

Tract. 44. in Io. a medio illius, to. 9.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod sicut supra dictum est \* cum de oratione ageretur, oratio in impetrando non immititur merito, sed divinae misericordiae, quae etiam ad malos se extendit: & ideo etiam quandoque peccatorum oratio a Deo exauditur. Unde Augustinus dicit super Ioan. \* quod illud verbum caecus locutus est, quasi adhuc imundus, id est, nondum perfecte illuminatus: nam peccatores exaudit Deus. Quod autem dicitur, quod oratio non audientis legem, est execrabilis, intelligendum est quantum est ex merito peccatoris: sed interdum impetrat ex misericordia Dei, vel propter salutem eius qui orat, sicut auditus est Publicanus, ut dicitur Luc. 18. vel etiam propter salutem aliorum, & gloriam Dei.

AD SECUNDUM dicendum, quod fides sine operibus dicitur esse mortua quantum ad ipsum credentem, qui per eam non vivit vita gratiae. Nihil autem prohibet, quod res viva operetur per instrumentum mortuum, sicut homo operatur per baculum. Et hoc modo Deus operatur per fidem hominis peccatoris instrumentaliter.

AD TERTIUM dicendum, quod semper miracula sunt vera testimonia eius, ad quod inducantur. Unde a malis qui falsam doctrinam enunciant, numquam fiunt vera miracula ad confirmationem suae doctrinae, quamvis quandoque fieri possint ad commendationem nominis Christi quod invocant, & virtute Sacramentorum quae exhibent. Ab his autem qui veram doctrinam enunciant, fiunt quandoque vera miracula ad confirmationem doctrinae, non autem

Aug. in libr. 83. quest. 4. 79. a medio tom. 4.

ad testificationem sanctitatis. Unde Augustinus lib. 83. q. Aliter magi faciunt miracula Christiani, aliter mali. Magi per fidem autem cum demonibus: boni Christiani per fidem in nomine Christi.

AD QUARTUM dicendum, quod licet Augustinus 83. quaest. \* Admonet nos Dominus minus quaedam miracula facere non potest, qualia sancti facere non possunt.

AD QUINTUM dicendum, quod sicut dicit, ideo non omnibus sanctis vita est periculosissimo errore de operibus in talibus factis esse maiora donis, quibus iusticia, quibus vita aeterna comparatur.

QVAESTIO CLXXIX. De vita activa, & contemplativa, in duos articulos divisa.

IN SEQUENTER considerandum est de vita activa, & contemplativa, ubi duplex consideratio occurrat. Quarum prima est, de divisione vitae per activam, & contemplativam. Secunda, de vita contemplativa. Tertia, de vita activa. Quarta, de comparatione vitae activae ad contemplativam.

CIRCA primum quaeritur duo. Primo, Vtrum vita convenienter dividatur per activam, & contemplativam. Secundo, Vtrum divisio sit facticiens.

ARTICULVS PRIMVS.

Vtrum vita convenienter dividatur per activam & contemplativam.

AD PRIMUM sic proceditur. Videtur, quod vita non convenienter dividatur per activam & contemplativam. Anima enim est principium vitae per suam essentiam, dicit enim Philosophus \* in 2. de anima, quod vivere, viventibus est esse: actionis scilicet & contemplationis principium est anima per suas potestates, ergo videtur quod vita non convenienter dividatur per activam & contemplativam.

2. Praet. Inconvenienter dividitur prius per differentias posterius: activum autem & contemplativum, sive speculativum & practicum, sunt differentiae intellectus, & anima. \* Vivere autem est primum per se, nam vivere inest viventibus primo per se, sicut vegetabilem, ut patet per Philosophum de anima. ergo inconvenienter dividitur activam & contemplativam.

3. Praet. Nomen vitae importat modum, Dionysium 4. cap. \* de divi. nominibus.

lib. 83. q. Aliter magi faciunt miracula Christiani, aliter mali. Magi per fidem autem cum demonibus: boni Christiani per fidem in nomine Christi. AD QUARTUM dicendum, quod licet Augustinus 83. quaest. \* Admonet nos Dominus minus quaedam miracula facere non potest, qualia sancti facere non possunt. AD QUINTUM dicendum, quod sicut dicit, ideo non omnibus sanctis vita est periculosissimo errore de operibus in talibus factis esse maiora donis, quibus iusticia, quibus vita aeterna comparatur. IN SEQUENTER considerandum est de vita activa, & contemplativa, ubi duplex consideratio occurrat. Quarum prima est, de divisione vitae per activam, & contemplativam. Secunda, de vita contemplativa. Tertia, de vita activa. Quarta, de comparatione vitae activae ad contemplativam. CIRCA primum quaeritur duo. Primo, Vtrum vita convenienter dividatur per activam, & contemplativam. Secundo, Vtrum divisio sit facticiens. ARTICULVS PRIMVS. Vtrum vita convenienter dividatur per activam & contemplativam. AD PRIMUM sic proceditur. Videtur, quod vita non convenienter dividatur per activam & contemplativam. Anima enim est principium vitae per suam essentiam, dicit enim Philosophus \* in 2. de anima, quod vivere, viventibus est esse: actionis scilicet & contemplationis principium est anima per suas potestates, ergo videtur quod vita non convenienter dividatur per activam & contemplativam. 2. Praet. Inconvenienter dividitur prius per differentias posterius: activum autem & contemplativum, sive speculativum & practicum, sunt differentiae intellectus, & anima. \* Vivere autem est primum per se, nam vivere inest viventibus primo per se, sicut vegetabilem, ut patet per Philosophum de anima. ergo inconvenienter dividitur activam & contemplativam. 3. Praet. Nomen vitae importat modum, Dionysium 4. cap. \* de divi. nominibus.